

6#H 6#96

34

BEN.ATV.

Вилларкунд

Романци

1-2

BX1935

.J45

1778

v.1-2

c.1

III
S A N C T I S S I M I
D O M I N I N O S T R I
B E N E D I C T I
P A P Æ X I V .
B U L L A R I U M .

T O M U S P R I M U S ,
I N Q U O C O N T I N E N T U R
C O N S T I T U T I O N E S , E P I S T O L Æ ,
A L I A Q U E E D I T A
A B I N I T I P O N T I F I C A T U S A N N O M D C C X L .
U S Q U E A D S E X T U M E J U S D E M ,
S E U A D A N N U M M D C C X L V I .
Editio quarta emendatior & auctior.

46226



V E N E T I I S , M D C C L X X V I I I .
E X T Y P O G R A P H I A J O A N N I S G A T T I ,
I N V I C O S . R A P H A E L I S A R C H A N G E L I ,
S U P E R I O R U N F A C U L T A T E .



1080045508

BENEDICTI
PAPA
XIV.
BULLARIUM.

TOMUS PRIMUS
IN QUO CONTINENTUR
CONSTITUTIONES, EPISTOLAE,

AD INITIUM PONTIFICATUS ANNO MDCCLXII
USQUE AD SEXTUM EIUSDEM
SEU AD ANNUM MDCCLXVI

Plus qu'on considère & admire



VENETIS. MDCCLXXVIII
EX TYPOGRAPHIA JOHANNIS GALLI
IN VICO S. RAFAELIS ARCHANGELI
SUPERIORUM FACULTATE

BENEDICTUS PAPA XIV.
DOCTORIBUS ET SCHOLARIBUS UNIVERSIS
BONONIE COMMORANTIBUS,
ET JURI CANONICO ET CIVILI
STUDENTIBUS.



AM fere sextus annus præterit, ex quo Deus Optimus Maximus Nos, licet immerentes, ad Summum Pontificatum evexit. Hoc temporis spatio omnem sane operam pro tenuitate nostrarum virium conferre haud prætermisimus, ut Sacrum Fidei Depositum, & Ecclesiasticam disciplinam tueremur, corruptelis aditum intercluderemus, quæ ipsam labefactare poterant, ac rationes omnes, & consilia adhiberemus, quibus in Urbe Roma, totaque Pontificia Ditione unicuique Justitia probe administraretur: Neque populorum, qui a Nobis remotissimi sunt, & totius Orientalis Ecclesiæ (quantum in Domino potuimus) curam suscipere negleximus. Id autem conspici potest ex hoc eodem Libro, quem Nos exemplo ducti Prædecessorum nostrorum Typis committi permittimus. Nam etsi ipsorum Constitutiones, ac aliqua Brevia congesta fuerint in Romanum Bullarium, quod quidem privata auctoritate confectum est; tamen Innocentii Duodecimi Diplomata alio privato Libro impressa continentur, quem Georgius Firmianus, dum Pontifex adhuc inter vivos ageret, evulgavit. Multa quoque præclara Volumina in omnium manibus versantur, in quibus Clementis Undecimi Constitutiones, ac Brevia solum habentur; quos quidem Libros magnificenter adornatos, Annibal Cardinalis Albanus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, Nepos ejusdem Pontificis, in lucem edi curavit. His exemplis permoti Typis emitimus hoc primum Volumen, quod nostras Constitutiones, videlicet Bullas, & aliqua Brevia, Literas Encyclicas, & alia hujusmodi complectitur, ex quibus non mediocrem utilitatem futuram putavimus: Nonnulla vero, quæ ad privata tantum negotia pertinebant, omisimus. Etsi autem fere omnia, quæ in hunc Librum congestimus, publicam jam lucem adspexerint; tamen experientia compertum est, has exiguas pagellas diuturnitate temporis concidere, ac penitus interire; cum perpauca eo studio teneantur, ut ipsas colligant, & simul in volumen redigant. Quare Nos ipsi libenter has laboris partes subivimus, ut posteritatem hac molestia levarem. Quam accurate hæc facta sint, vel inde cognosci poterit, quod nostras Constitutiones, ac cætera omnia describi in isto Codice, atque excudi eo prorsus modo iussimus, quo primum vulgata fuerunt: Ideo post singula fere Diplomata notantur illorum nomina, qui nihil præstiterunt aliud, quam ipsa referre in acta, vel ad fidem faciendam subscribere.

Illud quoque palam, ac manifestum facere haud prorsus inutile duximus, nihil omnino contineri in hoc Libro, quod a Nobis inter gravissimas Pastoralis officii curas vel confectum integre, vel primo excogitatum, & sermone Italico digestum, & postea latine redditum, ac deinde oculis nostris

exhibitum accurato studio non inspexerimus, ne aliquid vel oscitantia omis-
sum, vel errore immutatum esset ex his, quæ Nobis antea in animo sta-
tuenda, edicendaque proposueramus. Porro harum nostrarum Constitutio-
num, ac Brevium exemplaria de more servantur in iisdem Archivis, ubi
retineri solent aliorum Pontificum Diplomata, quæ vel Romano Bullario,
vel privatis Libris consignata leguntur. Neque illud a Nobis prætereun-
dum est Romanis Pontificibus morem perpetuo fuisse, ut Episcopos uni-
versos, vel alicujus tantum Provinciæ ad Catholicam Fidem custodiendam,
morumque disciplinam aut servandam, aut restaurandam, Literis Encycli-
cis excitarent. Qua in re postremis hisce temporibus usi sunt opera Con-
gregationum, vel Romanæ Inquisitionis, vel de propaganda Fide, & fre-
quentius Congregationum, quibus negotia Episcoporum, & Regularium
examinandi cura, aut Tridentini Concilii explicandi, interpretandique mu-
nus demandatum est. Has Literas Præsules, qui erant a Secretis earum
Congregationum, plerumque exarabant, deinde Cardinalis Præsæcti manu
obsignatæ ad Episcopos mittebantur: id tamen cautum semper fuit, ut ip-
sas Literas Pontificis auctoritate scriptas quisque intelligeret; earumque
exemplaria referri solebant in acta ipsarum Congregationum, quemadmo-
dum unicuique cognitum, perspectumque est. Id nos diligentissime exequuti
sumus, cum adhuc in minoribus munus a Secretis Congregationis Concilii
per decem, & amplius annos obivimus; quo temporis spatio tres Pontifi-
ces Sedem Apostolicam obtinuerunt. Postea vero Divinæ largitatis benefi-
cio ad summum Pontificatum evecti Literas Encyclicas ad universos Episco-
pos, vel alicujus tantum Provinciæ, & nonnullas etiam privatim ad ali-
quos Episcopos dedimus, prout temporum ratio postulabat, quæ huic pri-
mo Volumini adjunguntur. In his autem conscribendis Epistolis veterem
Prædecessorum nostrorum (si postrema tempora excipiantur) consuetudinem
revocandam duximus, quæ ipsi per se Literas Episcopis dabant, rati ma-
jorem vim id habiturum, cum ampliorem Pontificiæ benevolentiæ signifi-
cationem ipsius Pontificis Epistolæ testari videantur Episcopis, quibuscum
ille Fraternalitatis vinculo conjungitur, quam quæ ab aliis, auctoritate licet
Summi Pontificis, conscribuntur. Plura quidem nostrarum Literarum exem-
plaria reposita sunt in Archivis Congregationum, ad quas earum Literarum
negotia, & argumenta pertinebant. Attamen quia contingere potest, ut
ipsa aliquando temporum injuria intercidant; & quia fortasse non deest
aliquis, aut etiam non defuit, qui acceptis nostris Literis, Romæ licet
impressis, nostroque Nomine inscriptis, dubius tamen incertusque hæreat,
utrum Nos ipsarum Auctores essemus; (quasi vero temeritas hominum eo
devenire possit, ut aliquis, Nobis vitam agentibus, Literas Encyclicas no-
stro Nomine falso inscribere, easque Romanis Typis committere audeat)
ad omnem dubitationem tollendam reponi iussimus duo Codicis hujus
exemplaria, quæ manu nostra subscriptum, nostroque Signo obfirmavi-
mus, unum in Archivio Castræ S. Angeli, alterum in Archivio secreto Va-
ticano, ut hæc monumenta certa, ac perpetua faciamus, nec ullo unquam
tempore Literis Encyclicis, aut aliis in hunc Codicem relatis, fides immi-
nuatur. Neque sane novum, aut inauditum est id, quod paulo ante com-
memoravimus: Quippe Innocentius III. Prædecessor Noster plura decernere
necesse duxit *Cap. Pastoralis, de Fide Instrumentorum*, ut multorum con-
troversias in hac re componeret: Etenim nonnullas Pontificum Decretales
Literas neque certa, neque firma auctoritate præditas aliqui dicitabant,
quas tamen alii magno studio tuebantur.

Nemo, qui jus Pontificium primis, ut ajunt, labiis solum attigerit,
ignorare potest quatuor antiquas Decretalium Collectiones, quæ superiori-
bus sæculis ab Antonio Augustino, & quintam, quæ ab Innocentio Ciro-
nio in lucem emissa fuerunt, confectas fuisse, antequam Gregorius IX.

suam

suam promulgaret, quæ vim, & auctoritatem ad hanc usque diem perpe-
tuo retinuit. Duæ primæ privato solum judicio, sententiæque editæ sunt;
ceteræ vero publica auctoritate: has autem Romani Pontifices Doctoribus
& Scholaribus Universitatis Bononiensis nuncuparunt; quorum exemplum
secutus est Gregorius IX., & Bonifacius VIII., cum Librum sextum Decre-
taliū in publicum adspæctum prodire jussit, ac postremo Joannes XXII.,
cum Decretales Clementis V. posteritati commendavit. De hac re copiosius
verba fecimus in Præfatione nostri Commentarii: *De Fæstis diebus Domini
Nostræ Jesu Christi, ac Beatæ Virginis Mariæ*, quod Italica lingua a No-
bis conscriptum, ac Bononiæ impressum fuit: Illud deinde latine redditum
est, atque editum Patavii absque ea Præfatione, quam paulo ante memo-
ravimus.

Hoc loco addendum superest, in Archivio Vaticano a Nobis repertum
fuisse monumentum Innocentii IV., qui anno 1253. Decretales suas colligen-
das ob eam causam existimavit, quod aliæ plures ipsi tribuerentur, quas
ille ne cogitatione quidem attigerat: Itaque Pontifex Epistolam scribit Bo-
noniensi Archidiacono, in qua rationem consilii sui planè recenset, Decre-
tales suas propriis sub titulis disponit, eique mandat, ut eadem Decretales
publicentur, & præstantur in Bononiensi Accademia Professorum notis il-
lustrentur. Equidem ignoremus quam ob causam Pontificis jussa executioni
minime mandata fuerint; omnibus tamen notissimum est, quod Bonifacius
VII. in sextum Librum Decretalium illas Innocentii IV. summa diligentia,
ac fide congestit, eisdemque titulos retinuit, quos idem Innocentius præ-
posuerat.

Nobis profecto, nostræque in Patriam benevolentia deesse videremur,
nisi hoc tempore, tot illustrium Pontificum exemplis adducti, Doctoribus
& Scholaribus Universitatis Bononiensis Collectionem hanc nostram inscri-
beremus, cum præsertim inter ejus Doctores Nos ipsi recensiti fuerimus,
cum adhuc in minoribus versaremur. Quod si appellatione *Corporis*, ut
ajunt, *Juris Canonici* comprehendere tantum debeant congestæ a Gregorio IX.,
Bonifacio VIII., & Clemente V. Decretales, hoc Volumen nostrum isto sane
nomine haud contineri, certum est; sin autem appellatione *Corporis Juris
Canonici* intelligendum est quidquid ab Apostolica auctoritate promanar,
(qua omnes Romani Pontifices æque præditi sunt) tum hujusmodi nuncu-
patione Librum quoque nostrum comprehendere, nemo inficiabitur; uti con-
stat ex responso Nicolai Primi *Canon. Si Romanorum, distinct. 19.* Sed quæ-
stionem omittamus, quæ solo nomine continetur. Illud postremum sit, quod
operam nostram præcipue contulimus, ut viam facilem, ac planam iterne-
remus, cum vestris, tum aliorum studiis, qui hæc nostra monumenta per-
volvent. Siquidem non modo Indices argumentorum, ac verborum diligen-
ter addi iussimus, sed etiam eorum verborum, quibus singulæ nostræ Con-
stitutiones inchoantur, tum certum ordinem, ita ut ad titulos ipsæ refe-
rantur aliarum Decretalium, quibus uti quotidie consuevistis. Hanc bene-
volentia nostræ significationem, ac testimonium gratissimum fore vobis non
dubitamus, quibus etiam Benedictionem Apostolicam peramanter imper-
timur.

CONSTITUTIONES EPISTOLÆ &c.
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
BENEDICTI PAPÆ XIV.

Secundum Titulos

LIBRORUM DECRETALIU

DISPOSITÆ

LIBER PRIMUS.

De Summa Trinitate & Fide Catholica.

TIT. I.

Constitutio LVII. quæ incipit: *Etsi Pastoralis* §. 1. *Ac primo* pag. 75.

Constitutio LIX. quæ incipit: *Ex quo* pag. 84.

Constitutio LXXXIX. quæ incipit: *Inter omnigenas* §. 3. *Ordientes* pag. 134.

Constitutio CVII. quæ incipit: *Omnium sollicitudinum* pag. 177.

De Constitutionibus.

TIT. II.

Constitutio XXXI. quæ incipit: *Singularis* pag. 33.

De Rescriptis.

TIT. III.

Constitutio XXVIII. quæ incipit: *Quamvis paternæ* pag. 30.

Constitutio XLV. quæ incipit: *Ad Apostolicæ* pag. 57.

Constitutio LXXXIX. quæ incipit: *Inter Omnigenas* §. *Circa dispensationes* pag. 134.

Constitutio CXLV. quæ incipit: *Gravissimum* pag. 265.

De Postulatione Prelatorum.

TIT. V.

Constitutio LXXVII. quæ incipit: *Quod non humana* pag. 113.

De Electione & Electi potestate.

TIT. VI.

Constitutio LXI. quæ incipit: *Quamquam inherens* pag. 92.

Constitutio LXVII. quæ incipit: *Nuper nos* pag. 97.

Constitutio LXX. quæ incipit: *Obsurdescit* pag. 103.

Constitutio LXXX. quæ incipit: *Magna non minus* pag. 118.

Constitutio CXXXVI. quæ incipit: *Hieronymo* pag. 236.

De Translatione Episcopi.

TIT. VII.

Constitutio LXXXVII. quæ incipit: *Nuper ad nos* pag. 114.

De Auctoritate, & usu Pallii.

TIT. VIII.

Constitutio XCVII. quæ incipit: *Dum nobiscum* pag. 139.

Constitutio CI. quæ incipit: *Literas* pag. 162.

De Temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandorum.

TIT. XI.

Constitutio II. quæ incipit: *Ubi primum* §. 1. *In primis* pag. 2.

Constitutio LVII. quæ incipit: *Etsi Pastoralis* §. 7. *Romani Pontifices* p. 75.

Constitutio LXIII. quæ incipit: *E sublimi* pag. 94.

Constitutio CXXXIX. quæ incipit: *Eo quamvis* §. 17. *Ad tertium, & quartum* pag. 228.

De Etate, & qualitate, & ordine Præficiendorum.

TIT. XIV.

Constitutio II. quæ incipit: *Ubi primum* §. 3. *Sed & illud* pag. 2.

Constitutio V. quæ incipit: *Ad Apostolicæ* pag. 6.

Constitutio LXXVIII. quæ incipit: *Cum illud* pag. 179.

De Sacra Unctione.

TIT. XV.

Constitutio X. quæ incipit: *Cum ad infra scriptam* pag. 13.

Constitutio XI. quæ incipit: *Auget* ibid.

Constitutio LVII. quæ incipit: *Etsi Pastoralis* §. 3. *Episcopi*, §. 4. *Non sunt cogendi*, & §. 5. *Nulli* num. 1. 2. 3. 4. pag. 75.

Constitutio LXX. quæ incipit: *Obsurdescit* pag. 103.

Constitutio LXXXVII. quæ incipit: *Demandatam* §. 14. *Sacramentum* pag. 129.

Constitutio CXXXIX. quæ incipit: *Eo quamvis* §. *Quod attinet* pag. 228.

Constitutio CXXXVI. quæ incipit: *Tam præclaram* pag. 245.

De Officio Vicarii.

TIT. XXVIII.

Constitutio IV. quæ incipit: *Romana Curia* §. 16. *Ut autem* pag. 209.

De Officio & potestate Judicis Delegati.

TIT. XXXIX.

Constitutio IV. quæ incipit: *Nemo est* pag. 6.

Constitutio VIII. quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem* pag. 11.

Constitutio LXXXIX. quæ incipit: *Nuper ad sedandas* pag. 116.

De Officio Judicis Ordinarii.

TIT. XXI.

Constitutio II. quæ incipit: *Ubi primum* §. 5. *Ad hæc*, & §. 6. *Postremo* p. 2.

Constitutio CXV. quæ incipit: *Romana Curia* §. 36. *Ad hæc* pag. 209.

De Officio Judicis.

TIT. XXXII.

Constitutio CXV. quæ incipit: *Romana Curia* §. 46. *Reliquum est* pag. 209.

De Majoritate, & Obedientia.

TIT. XXXIII.

Constitutio VII. quæ incipit: *Quod Sancta* pag. 10.

Constitutio XVIII. quæ incipit: *Quod Apostolus* pag. 22.

Constitutio XXV. quæ incipit: *Quemadmodum* pag. 20.

Constitutio LVII. quæ incipit: *Etsi Pastoralis* §. 9. num. 17. *Cur inter*, & *Ita autem* pag. 75.

Constitutio LXVI. quæ incipit: *Etsi dubitare* pag. 97.

Constitutio LXXVI. quæ incipit: *Apostolicæ servitutis* pag. 109.

Constitutio LXXXVII. quæ incipit: *Demandatam* §. 3. *De Ritibus* §. 12. *Quod vero* pag. 129.

Constitutio CII. quæ incipit: *Eximii* pag. 162.

Constitutio CXXIV. quæ incipit: *Reddita* pag. 208.

Constitutio CXXVI. quæ incipit: *Inter maximas* pag. 225.

Constitutio CXXVII. quæ incipit: *Ad Populorum* pag. 226.

Constitutio CXLVI. quæ incipit: *Urbem Romam* pag. 267.

LIBER SECUNDUS.

De Judiciis.

TIT. I.

Constitutio xxiii. quæ incipit: *Dei miseratione* pag. 36.Constitutio xlvi. quæ incipit: *Pastoralis* pag. 58.Constitutio cxv. quæ incipit: *Romane Curie* pag. 209.

De Foro competenti.

TIT. II.

Constitutio xliv. quæ incipit: *Quantum ad procurandam* pag. 53.Constitutio cxv. quæ incipit: *Romane Curie §. 4. Ac primum omnium p. 209.*

De Feriis.

TIT. III.

Constitutio lvii. quæ incipit: *Etsi Pastoris §. 9. num. 3. Cujusmodi sunt*
n. 6. *Demum* pag. 75.Constitutio lx. quæ incipit: *Nihil profecto* pag. 92.Constitutio exii. quæ incipit: *Cum sicut quadam* pag. 94.Constitutio cv. quæ incipit: *Paterne caritatis* pag. 168.Constitutio cxxxvii. quæ incipit: *Inter sollicitas* pag. 227.Constitutio cxxxviii. quæ incipit: *Nuper pro parte* pag. 246.Constitutio cxli. quæ incipit: *Ab eo tempore* pag. 260.

De Confessis.

TIT. XVIII.

Constitutio lxxi. quæ incipit: *Avendovi Noi* pag. 104.

De Appellationibus, Recusationibus, & Relationibus.

TIT. XXIII.

Constitutio xlvi. quæ incipit: *Ad Militantis* pag. 60.Constitutio lxxviii. quæ incipit: *Cum illud* pag. 98.Constitutio cxv. quæ incipit: *Romane Curie §. 33. Alia pariter* pag. 209.Constitutio cxxxii. quæ incipit: *Altissimo* pag. 237.

LIBER TERTIUS.

De vita, & honestate Clericorum.

TIT. I.

Constitutio lxxxiv. quæ incipit: *Præclara debite* pag. 122.Constitutio cxxx. quæ incipit: *Eo quamvis §. Insuper* pag. 228.

De Cobabitatione Clericorum, & Mulierum.

TIT. II.

Constitutio cxxxix. quæ incipit: *Eo quamvis §. 34. Quamvis* pag. 231.

De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel Præbenda.

TIT. IV.

Constitutio ii. quæ incipit: *Ubi primum §. 4. Jam vero* pag. 1.Constitutio xxvi. quæ incipit: *Grave & permolestum* pag. 28.Constitutio lxxxvii. quæ incipit: *Demandatam §. 13. Et quoniam* pag. 129.Constitutio cxix. quæ incipit: *In Regimine* pag. 217.

De Præbendis, & Dignitatibus.

TIT. V.

Constitutio xii. quæ incipit: *Cum sicut accepimus* pag. 12.Constitutio lvii. quæ incipit: *Etsi Pastoralis §. 5. num. 7. Sacerdotes num.*8. 9. 10. 11. §. 9. num. 13. *Cum autem, & seq.* pag. 75.Constitutio lxxxii. quæ incipit: *Romana Ecclesia* pag. 118.Constitutio civ. quæ incipit: *Fructuosa* pag. 166.

De rebus Ecclesie alienandis, vel non.

TIT. XIII.

Constitutio xxix. quæ incipit: *Universali* pag. 31.Constitutio xc. quæ incipit: *Ut primum* pag. 137.

De locato & conducto.

TIT. XVIII.

Constitutio lxxv. quæ incipit: *Essendo ben gravi* pag. 95.

De Solutionibus.

TIT. XXIII.

Constitutio lxxxiii. quæ incipit: *Dudum* pag. 180.

De Sepulcris.

TIT. XXVIII.

Constitutio xxxvii. quæ incipit: *Præcipuum* pag. 43.Constitutio lxxxiii. quæ incipit: *Dudum* pag. 107.Constitutio lxxxix. quæ incipit: *Inter omnigenas §. Denique* pag. 134.

De Parochiis, & alienis Parochianis.

TIT. XXIX.

Constitutio xlii. quæ incipit: *Etsi minime* pag. 59.Constitutio lvii. quæ incipit: *Etsi Pastoralis §. 9. num. 20. Ubi vero* pag. 75.Constitutio cx. quæ incipit: *Quantopere* pag. 198.

De Decimis, Primitiis, & Oblationibus.

TIT. XXX.

Constitutio lvi. quæ incipit: *Acerbi plane* pag. 74.

De Regularibus, & transeuntibus ad Religionem.

TIT. XXXI.

Constitutio xxi. quæ incipit: *Cum Sacrorum* pag. 24.Constitutio lvii. quæ incipit: *Etsi Pastoralis §. 9. num. 22. Ordinationes p. 75.*Constitutio lxxxviii. quæ incipit: *Demandatam §. 20. Demum & seq.* pag. 129.Constitutio cxxv. quæ incipit: *Insignem* pag. 225.

De Conversione Infidelium.

TIT. XXXIII.

Constitutio cxvii. quæ incipit: *In suprema* pag. 216.

De Voto, & Voti Redemptione.

TIT. XXXIV.

Constitutio lxxix. quæ incipit: *Quo magis* pag. 102.

De statu Monachorum, & Canonicorum Regularium.

TIT. XXXV.

Constitutio xv. quæ incipit: *Sæpe Romanorum* pag. 24.Constitutio xxxix. quæ incipit: *Regulares discipline* pag. 46.Constitutio xl. quæ incipit: *Salutare* pag. 47.Constitutio xlix. quæ incipit: *Quod communi* pag. 64.Constitutio xcvi. quæ incipit: *Inter plures* pag. 154.Constitutio cxxxv. quæ incipit: *Quod inscrutabili* pag. 139.

De Religiosis Domibus; ut Episcopo sint subjectæ.

TIT. XXXVI.

Constitutio xxiv. quæ incipit: *Romana Ecclesie* pag. 25.Constitutio xxxii. quæ incipit: *Militares* pag. 35.Constitutio lxxxii. quæ incipit: *Humilitatis Nostræ* pag. 105.

De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

TIT. XXXVII.

Constitutio cix. quæ incipit: *Firmandis* pag. 193.

De Censibus, Exactionibus, & Procurationibus.

TIT. XXXIX.

Constitutio ii. quæ incipit: *Ubi primum §. 5. Ad hæc* pag. 2.Constitutio xlii. quæ incipit: *Apostolica* pag. 51.